

dicialis, si satis sit verisimilis & serio, non jocosè facta, indicium ad torturam præbeat, secundum tenorem etiam *Const. criminal. Caroli V. art. 32.* vix apparet ratio, ob quam confessio adulterii in literis amatoriiis facta sufficiens ad torturam indicium præbere nequeat, licet etiam pro sufficienti probatione haberi non possit, si præsertim reliquæ circumstantiæ confessionem verisimilem faciant.

§. II.

Quod si autem quis contra talem adulteram tali in casu actione saltem civili ad obtinendum nimirum divortium experiatur, omni procul dubio talis probatio abundanter sufficiens esset, cum in delictis occultis etiam conjecturata probatio pro concludente habeatur. *Carpz. Jurispr. Eccles. L. 2. t. 10. def. 185. n. 8. & 9. cum ibid. alleg.* Et certe si probatio ex valida præsumptione deducta in probando adulterio ad obtinendum divortium non pro sufficienti haberetur, nullus credo adulteriorum esset

F I N I S.

